

XA.

Q. F. S.
JDEAM

STUDIOSI PO- LITICES,

compendiosè descriptam,

Indultu amplissimæ Facultat. Philosoph. benevolo,
PRÆSIDE

**RECTORE MAGNIFICO,
DN. GOTTLLOB FRIDE-
RICO Seligmann/**

Metaphys. & Phys. P. Facultat. Phil. Decan.
Templi Cathedral. Archidiac. & apud Lipsiens. adhuc
Ducali Collegiato,

DN. Hospite, Fautore & Conterraneo Suo
multis Nominibus honorando,
in **ALMÆ ROSARUM**

Majori Auditorio,
ad d. 11. April. Ann. M DC LXXXIV.
publicæ censuræ exponet

JOHANNES HENRICUS
Goettel/ Zittav. Lusat.

ROSTOCHII,

Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typograph.

10.
a. CXII. 69.

Coll. diss. A
112, 69

STUB

STUB

STUB



STUB

STUB

STUB



C. D.

I.



Um **STUDIOSI POLITICES IDE-
AM** (*a*) compendiosius delineare,
publicæque luci sistere suscipimus,
vox ipsa confestim, quâ studium, de
quo hic sermo est, determinatur, at-
tentionem quandam postulat. Eò
enim postquam res devenit hęc se-
culò, ut, quicquid s. lectorum s. spe-
ctatorum gratiam ac favorem aucupari debet, id omne abs
illustri hoc titulo sibi splendorem quærat (*b*) & non rarò ac-
quirat; vix, æra hęc locò quâ lupinis distent, dignosci po-
terit, nî, quid **POLITICA** sibi velit, prius intelligatur.

(*a*) Valeant & de hęc ideâ, quæ de Idea Generosi VIRI in proce-
mio dissert. sub Excellentiss. RECHENBERGIO Ann.
LXXVI. habitæ extant: *Sit idea quæ non multis fortè mortalium
exemplis illustrari queat, non tamen vana umbra fuerit, aut res
nauci.* (*b*) libet hęc ad præfamen Maturiorum Cl. Weisii Me-
ditationum (quas in actis Lipsiensibus sub Ann. LXXXII.
Nov. Mens. p. 361. commendatas ex merito legimus) provocare,
ubi de scriptis, etiam vilioribus, tale quid hætenus conanti-
bus, nonnulla inveniri possunt. Cæterum obtinet hęc, quod
alicubi egregie satis scriptum est: *Politicum sæpissimè audimus,
variusimè reperimus.*

A. 2

II. Sic

Sic verò in varios unius hujus, at magni momenti, vocis abusus sub ipsa limina deducimur; aliis, *cultioris vitae morumq; omnium elegantiorum peritiam*; aliis, *præ utilitate reipubl. Deum religionemq; omnem aspernandi notitiam, eâ exprimentibus.* Ad quos & ii accedunt, quibus *s. solus s. quam maxime is* audit Politicus, qui ad rationem Status, quam vocant, cuncta exigens fas omne & nefas unâ illâ metitur, adeoq; id demum censet agendû, quod ratio Status exposulat (c). Atq; hi pariter ac isti, uti, accuratiorum judiciò (d), minùs benignè respiciunt excellens Nomen, quando Atheismo, quando cuilibet impietati prætexere idem non verentur; ita illi, quos primò loco nominavimus, non quidem alieni quid planè abs homine Politico afferunt, nec tamen potissimum, nedum omne, quod requiri poterat, momentum (e), exponunt. Unde nequeunt non huc trahi, nosq; à prolixiori talium scrutiniò absolvere verba, quibus inchoatas esse breves quidem, elegantes tamen de BONO POLITICO Theses (f) invenio: *Qui Politicum nominamus in Cathedrâ Philosophicâ, eò ipsò sustulimus equivocationem, non intelligi præcisè Personam Ecclesiasticis contradistinctam, aut hominem conversationibus pulchrè affectum, vel etiam, quæ nominis istius explicatio jam admodum invaluit, Atheum sine conscientia, sine virtute, sine pudore: Sed Virum ejusmodi, qui in regendâ quavis Republ. eâq; vel instituendâ vel corrigendâ vel conservandâ operam & consilia collocat.*

(c) quò sensu Politicum erit, quicquid fraudulentum, versutum atque astutum est, vid. Celeberr. Autorem mox allegandum.

(d) produco eorum locò Magnum Conring. Tr. de Civili prudent. c. 2. qui scaturiginem hujus significationis, quæ religionis contemptum inferre vox censetur, non adeò antiquam

facit

facit sed ex *Thuan. L. 44. hist. ab Ann. superior. sec. LXVIII. de-*
rivat; quò pertinet etiam id, quod Becmann. §. 1. de Nat. Polit.
in Meditat. ex eòdem Thuan. refert. alterius autem significa-
tionis, quã impietati portam patefacere creditur Politica, o-
iginem fermè omnem ad Machiavelli tempora idem ille re-
fert, ut videri potest c. l. p. 6. refutatio utriusque in sequenti-
bus est pagg. addi hìc possunt verba Kirch. L. V. de Leg. c. 4.
n. 17. Mallem, inqvientis, ut aureò torqve potiùs scropham
exornarent, quàm Politici Nomen tam indignò titulò prosti-
tuerent. (e) Sic est, pertinet ad Politicum, ut sit sermone affabilis,
accessu facilis &c. Multùm tamen abest, ut quicquid hujus
est, mereatur Politicæ artis laudem & cognomentum &c.
Vid. iterum Conring. c. l. c. 1. p. 12. (f) habita ea fuit Leuco-
petr. IIX. Jul. Ann. LXXI. Præside Cl. Weisio.

III.

Nimirum nuncupari amat **POLITICA**, *prudentia vi-*
vendi socialiter, s. benè agendi in vitã sociali habitus (g).
 Prudentiæ autem, aut huic habitui benè agendi, quid cum
 sceleribus est commercii, nisi, ut his adversetur, ut ea de-
 struat; quid cum externis móribus consortii, nisi ut in his
 ornamentum inveniat, ut eos gubernet? Procul ergo à
 Politicã secedat, quicquid sceleratum est: adsit, ut decus,
 quicquid in gestibus venustum est; considerentur **PRU-**
DENTIÆ genuini termini, & genuinus (b), aderit vocis
 tam eminentis usus.

(g) ita delineat Politicam Becmann. cap. Proœmial. Meditat.
 §. 2. *Quamquam, nec eos malè sentire, concedamus, qui Poli-*
ticã, ut doctrina est, per scientiam de prudentiã vivendi sociali-
ter, describunt. (h) Conf. hanc in rem laudatum modò Con-
ring. c. l. l. 3. p. 30. seqq.

IV.

Habet **PRUDENTIA** hanc laudem, ut *Anchora statu-*
um, acus nautica Principis, anima gubernationis (i) nuncu-

petur; loquiturq; de *prudenti mente* non ineleganter Monasteriensis Inscriptio, ipsam *plurium manus vincere* (k). Interim his encomiis, id, quod scire nostrâ interest, nondum satis aperitur. Ad naturam ejus, æquum erit, ut attendamus, si â recto nolimus tramite aberrare. Hoc autem pacto virtutem animi, quâ eligere bona & avertere mala noscamus, dici Prudentiam conspicio; descriptione ab obscurioribus loquendi modis, ut puto, alienâ. Quis enim, quod animus sit illud, in quo vis consulendi & inveniendæ veritatis inest, ignorat? Quem fugit, virtus quam promptitudinem & efficaciam in se contineat? Nec bonum adeo malumve, generatim si spectentur, difficulter cognoscuntur, cum illud (de Morali sermo est) in *conformitate agendi secundum* dictamen rectæ rationis; hoc in *difformitate* ab hoc situm sit (l).

(i) His titulis ornat prudentiam Saavedra symb. XXVIII(k) Conf. Theatr. Europæum T. IX. f. 312. (l) Hæc ex Becm. Moral. c. 12. §. 1. excerpimus. Ex quo notanda præterea reciprocatio boni & veri elegans est, quam ibidem egregiè deducit.

V.

Sed enim, est tamen, dimissis facilè reliquis, ad BONUM (m) quàm maximè respiciendum; præcipuè, dum aurem nobis vellicat, trita satis distinctio *inter Bonum Et bicum s. naturale & Politicum s. legale*, aut, ut loquamur clariùs, inter Bonum, quod in statu ideali ac perfecto, qui merito naturalis vocatur (n), requiri novimus, & inter Bonum, quod in statu corrupto, quem legalè appellant (o), occurrit, ac proin possibile est. Abs quâ non abit penitus alia, inter *justum Et bice & Politice*, distinctio non minus nota ac passim usurpata (p). Quamvis verò neutrà vel aliquantùm enucleare in antecessum nunc queam, sed utramq; attingere saltim, ob

ob

ob brevius, quod elaborationi præsentis materiæ relictum per hætenus; atq; etiā nū̄ cumulata tempus est, oporteat; sufficiat tamē, hīc quod ex nominatis modō distinctionibus confestim liqveat, *discedendum aliquando paulisper à nimio rigore, & Bonum Politicum sapiūs vocandum esse non positivè, qui perfectè Bonus sit, (q) sed negativè, qui malus non sit: aut, ut rursus loquamur clariūs; qui caveat, ne in bonestam sequatur utilitatem, ne religioni contrarium arripiat consilium, ne quicquam in opibus privatorum augeat cum detrimento Reipubl.* Uno verbo: qui, quando perfectè bonum implere rationis præcepta videt, sic exigente necessitate, prohibitiones non violet (r). Felix interim, cui ea prudentia est, ut in omnibus quæ agit, quam proximè accedat, quoad id fieri unquam potest, ad statum rectum (s) **accedit.** De quâ re in seqq. plura.

(m) hōc cognitō vi contrariorum elucescit quoq;ve evitandum malum (n) quod contra Hobbes. hinc inde vindicatur. Vid. Disputat. Celeberr. Thomæ. de Stat. Natural. & Legal. Ann. LXX. d. VII Decembr. Lips. habit. §. 26. (o) Confer eand. §. 6. adde Tabb. Ejus Polit. inq;ve specie eam, quæ de societate agit. (p) scripsit de hâc Disputationem Venerabilis DN. D. Alberti habuitq;ve Ann. LXXV. d. III. Febr. inq;ve ea discrimen inter hoc utrumq;ve justum quoad statum, quoad Normam & quoad formam consideravit, ac more suō i. e. solidissimè rem totam deduxit (q) à VIRO hīc iterum ad Politicam penes Lectorem esto applicatio, præcipuè dum hujus studiosus eò perducendus, ut VIRI quondam ejusmodi Nomine inclarescat. (r) deprompta hæc iterum ex brevi, sed eleganti de Bono Politico dissertat. superius n. 2. allegat. §. 6. 8. 9. (s) Hanc in rem lege Regulas DN. D. Albert. C. J. N. C. 1. à §. 54.

VI.

Scilicet, eò dirigendæ quoq;ve confestim sunt **STUDIOSI POLITICES**, cujus ad **IDEAM** nunc propiūs nos accingimus, **Meditationes**, ut **BONUS** ante omnia, adeoq; **in**

in actionibus statui recto conformandis Sedulus nuncupa-
ri mereatur. Hic finis, hic scopus ejus primarius est, quem
omni curâ, fas est, ut intendat. Solet aliàs Politici finis
alius ultimus dici, alius intermedius: ac ille per gloriam
DEI, hic per Reipubl. conservationem ac Civium *ἀνθρώπων*
αἰ, cui obtinendæ labores omnes impendi debeant, de-
terminari. Et verè hæc satis dicta sunt, nec tamen alia ab
his, quæ sub *BONI* Titulo nos nunc exhibituri sumus. Eri-
gere proin animum ad DEUM imprimis *BONITAS* Stu-
dioso Politices commendanda jubet: i.e. requirit primùm,
ut *PIUS* sit. Quod Præ Eximium maximè requisitum su-
pervacaneum ferè videri poterat, cum quemlibet tot pro-
videntiæ divinæ, posita semper ante oculos (*t*), specimina,
ad piam summi Numinis memoriam suscitare, & ad debitū
cultum instigare non immeritò censeantur. Et sanè est ab
hòc Ente Optimò Bonum omne ortum, quod possidemus,
sperandum, quod desideramus; quis nolit bonò pariter ani-
mo eidem se submittere? Interim, utinam minùs vera es-
sent, utinam nec Politicos attinerent, quæ Vir doctrinâ
morumq; compositione singulari (*u*) conspicuus, D. HIE-
RONYMUS HIRNHAIMIUS, dissertatiunculâ peculiari,
non ita pridem evulgatâ ostendere, conatus fuit: DO-
CTOS (Politicos) PLERUMQUE MALOS ESSE & VI-
THS SUBJECTOS, adeoq; pessimè agere Gentis, Mentis, &
artis suæ infamatores. Placet aliqua verba (*x*) ejus huc
transcribere: Scio Deo adem pronunciare solitum doctos (di-
cere nunc in adplicatione quoq; liceat, Politicos) ab in-
doctis (ab aliis inferioris ordinis) tantum differre, quantum
Deos ab hominibus. Aristippum verò dixisse, quantum Equos
domitos ab indomitis. Verùm, ut cum veniâ ipsorum di-
cam, plerumque secus accidit, & qui alios continere & frænare
debu-

debuerant, ipsi per abrupta vitiorum passionibus suis acti, omnium licentissime prorunt, & se vel maxime homines, quin potius equos indomitos esse demonstrant. Cujus præcipui defectus quæ vera ratio? quod putent licere sibi, quicquid male coloratum est (y), quod negligent illud, quo Magni Ducis Florentiæ Sacellum Politices cultoribus meliora svadet: Ultra hominem, docens, quemque provehere solam probitatem posse; nec contemplantur judicis omnia cernentis oculos, ante quos agunt (z). Verbo: quod pietatem negligent (a).

(t) Confer *Sæa* Thearchias ap. Dannh. Theol. Consc. Tom. 1. p. 123.

(u) hoc encom. Viro tribuit Cl. Spizelius de infelice literat. Commonef. III. p. 45. (x) Vide ea ibid. ex ejus tr. de Typh. Gen. Human. c. 20. p. 209. seqq.

(y) Contra monitum Berahardi, quod apud allegatum Spizel. p. 35. ita habet: *Putat tibi non licere etsi alius fortasse liceat, quicquid male fuerit coloratum; Interroga majores tuos, & dicent tibi, ab omni specie mala abstinete vos* 1. *Thess.* 5. Adde ex eodem loco Augustinum svadentem; *Nolite diligere vias latas, quæ ducunt ad perditionem* (z) habet hoc

utrumque Chytræus in delic. p. 144. alterum ex Palatio Veneto p. 123. (a) hinc verissime Poëta: *Primæ scelerum causæ mortalibus ægris Naturam nescire DEum.*

VII.

Ab sit vero ad omnes talia extendamus. Sunto aliqui affeclæ Macrini, qui à Senatu dictus Felix & Pius, felicitis nomine recepto, Pius vocari noluit: (b) erunt tamen & æmuli Ulpiani Sylvani, quem refutare non puduit calumnias eorum, quos dixisse audierat, tantam esse principis virtutem, ut opus non sit Deos coli; ac proin jactitasse, quasi & ipse vir magnus Deos non colat, non de his immortalibus speret (c). Quæ refutatio, si cum ipsa vitæ praxi egregie concordet, perquam digna statuitur bono Politico. Quandoquidem autem multum est à teneris assvescere, quid

B

prius

prius commendare, quid decentius insinuare animo ad politica studia omnes conatus applicanti possumus, quam ut piè in omnibus agere discat (d) ? Ita igitur hoc de negotio differere pergam. Nemo est qui in hac vita beatus esse non discupiat; neque erit politicorum quispiam, cui inter vota non locentur loco principe optati in rebus agendis successus: sed quis promittere ullam sibi prosperitatem potest, si DEum non habeat amicum, si sentiat conscientiam ob læsum DEum minus tranquillam? Certe vix deterior esse valet conditio, quam quæ, absente bono, præsentem malo, imminere pœnam videt & cessare omnem, quæ cæterum cœlitus erat expectanda, benedictionem. (e) Unde non male pietas vix magis cujusquam artis aut operæ, quam etiã disciplinæ regię pars statuitur: quæ, si devota & genuina est, bonũ Politicum facit quoque venerabilem (f). Ut alia argumenta, quæ disputatio quædam è Politica Christiana, de eo quod honestum est, tum à decoro tum à necessario deprompta egregie exhibet (g).

(b) Capitolin. Maerino c. II. (c) Vopisc. Aurel. c. 19. (d) Adde locum Livii libr. 5. qui omnia prospera, ait, evenisse sequentibus Deos (Deum), adversa spernentibus. (e) Facit huc locus Lutheri in Tom. VI, Jenens. in Psalm, 101. verba allegavit B. Dannh. Theol. Conscient. Tom. I. p. 962. Ubi etiam laudatur Symbolum Josephi SUB DEO (f) Videatur idem B. Dannh. cit. loc. ex quo non possum non hæc excerpere: Voluit ille, qui preces Medicas conscripsit, eas obtrudere pro parte Medicinæ, quod sine precibus nihil proficiat diligentia artificis, sic non ultimam sed primam fere faciet in Studio Politico paginam cultus pietatis, quem proia in monitis & exemplis politicis Justus Lipsius & Carolus Scriban. in Polit. Christ. lib. 2. satis expolivit. (g) Habita illa disputatio fuit à sæpius nominato, (mihi dulcissimo Nomine) Cl. Weisio Weissenfelsæ Ann. 77. Argumenta ipsa extant thes. 23. & 24. Decorum his svadetur

svadetur rationibus : Deus est ens pulcherrimum & perfectissimum, ergo decet eum potius sequi, quam entia minus pulchra & perfecta. Creatus es à DEO, inde officium tuum est, omnia referre ad Creatorem &c. Necessarium hæc statuunt argumenta : Deus est omniscius, ergo agnoscet turpitudinem : Deus est omnipotens, ergo poterit animadvertere in delinquentes &c.

VIII.

Fortè nimis diu uni huic requisito inhæsimus, qui compendia de Politices Studio meditamur. Sed occurrit isti scrupulo responsuris Epiphonema Stradæ, quod Austriaci delirio subnectit (b); postquam enim enarrasset, observatum esse, cum per belli imagines insanientem nulla sisteret amicorum industria, nulla Medicorum ars, ad JESU tantum nomen ita revocari atque inbiberi solitum, ut hoc auditò & illicò interquiesceret, & quidquid ejus gratiâ rogaretur, cetera contumax & inexorabilis, non gravatè faceret: Tantum est, inquit tandem, pius assvescere, dum sapias, ut etiam desipiens non possis esse non pius. Unde & nondum hinc abire possumus, nisi prius partes, quibus absolvitur Pietas, quâ Deum veneramus, s. religio, paucis appositas demus. Duæ sunt, quarum una rectum de Deo sensum; altera verum DEI cultum complectitur. Christianorum Theologi hæc credenda & facienda adpellant, simulque ex solò rationis lumine isthæc cuncta demonstrari posse, rectissimè negant (i). Estque nonnullorum inter desideria PROFESSIO quædam PIETATIS, cujus insigni institutione ac instructione illustre Gymnasium Bethaniense Becmanno, sub initium Moralium, quam maximè commendabile est (k). Et sanè, sicut unò pietatis nomine apud Christianos omnis boni moris probæque actionis laudes concluduntur (l); ita si maxima ejus, nec hypocritica (m), Studio Politices cura dictas per partes imprimatur præ omnibus, non deerit

facilè ulla postea virtus, quæ desiderari in ipsò valet: cum vicissim, qui cultum Numinis divini usq; deq; habet, bonestatem, pudorem, fidem omnem inter inania vocabula (n) absq; dubiò reputet: tantumq; ab ideâ Boni Politici recedat, quantum ab ipsâ re, sordidum nullatenusq; principales referens partes, simulacrum (o).

(h) Vid. Decad. I. L. 10. sub Ann. 1578. 28. sept. (i) hæc ita huc transferre libuit ex Excellentiss. DN. RECHENBERGII Ideâ Generosi Viri sub n. I. allegat. c. 2. §. 1. ex quò & sequentia addo: *Necesse est, accedat peculiaris divina revelatio, quæ DEI naturam & voluntatem, nec non alterius vitæ procurandæ modum mortalibus, naturâ incognitum, sola ostendit. Id quod contra Eduard. Baron. Herb. de Cherb. de Rel. Gentil. p. m. 210. notandum est. Adde his caput II. C. J. N. Dn. D. Albert. P. II. &c.* (k) Instructionis aliqua verba hæc ille ibid. p. 6. refert: *Es soll derselbige einig und allein der studierenden Jugend Unterricht und Anleitung geben/wie sie in ihren Christenthum sich verhalten/ein gottseliges heiliges Leben führen und die ganze Theologiam zur wirklichen Übung in omni vitæ genere bringen möge &c.* Alium tamen quendam Professionis Pietatis modum vide delineatum in Tr. de Infelice Literat. Commonef. XII. §. 3. seqq. (l) vid. Bœcl. Instit. Polit. L. II. p. 3. v. 139. (m) referrem huc, quod de Cromwelo Theat. Europ. T. VII. f. 651. extat, quod omnibus scripturis suis Ps. 133. præferre fuerit solitus. (n) lege & hic Disputat. Laudatiss. Dn. Rechenberg. modò allegat. c. 1. (o) vid. M. Joh. Sagittar. Controv. Polit. c. 1. q. 3. Ubi ex Trismeg. hominis mensuram ante omnes etiam in civili Prudentiâ Religionem esse monstrat. conf. Polit. passim,

IX.

Post *DEUM* gloriamq; Ejus ad Rempubl. convertere *NOSTRUM* oculos animumq; *BONITAS* jubet, quam in ipso fundamenti loco substernere suscipimus. Ut enim in hætenus propositis videre habuit, quî ipse Bonus ac (en! Virtutum reliquarum fulcrum) *PIUS* esse, debeat; sic in ali-

OS

os ut derivandum Bonum (quod sui communicativum,) ac tranquilla felicitas felixque tranquillitas in Republ. procuranda sit, scopus monet, quò dispiciat (q). Nimirum, facit huc illud, quod Cicero in somniò Scipionis (q) scripsit: *Nihil esse illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia cœtusque hominum, jure sociati, quæ civitates appellantur.* Facit & huc aliud, quod in Dedicatione historiæ suæ Gramondus de Imperantibus dixit: *penes ipsos esse arbitrium fortunæ subditorum;* cui proin benè inveniendæ ac conservandæ, meritò qui Politicis navat operam omne, pòst DEum, Studium infumit. Et ò adpellandum jure **BONUM**, qui ritè infumere discit!

(p) Conferent nonnihil ad hujus rei illustrationem, quæ de Pietatis & doctrinæ solidæ consociatione felicissima Cl. Spizelius in Infelic. literat. tum p. 977. tum p. 988. it. 1002. seqq. disserit. Adde quæ ibidem ex Desider. Erasmi. Enchir. Milit. Christ. quod extat Tom. V. opp. subinit. allegantur. (q) Cap. ejusd. 3.

X.

Ita verò, quod in **IDEA STUDIOSI POLITICES** secundoloco consideramus, **JUSTA ERUDITIO** erit, quæ ab eòdem (r) non absque magnò labore acqvirenda est. Dabimus tamen & ejus Ideam saltim: utq; dare possimus, notandum, aliqua scire illum oportere in decus & sui commendationem, aliqua, ut necessaria, sine quibus esse, sine quibus rei illi, adquam ultimatò respicit, nequit ritè satisfacere. Agemus de posterioribus primò loco, quod de prioribus postea aperiri faciliùs judicium posse videatur. Sed ut & posteriora hæc satis distinctè pernoscantur, distinendus adhuc paulisper animus in eò est, quod circa proximè occupatur Politici labor. Id autem, ceu su-

pra jam indicavimus, Felicitas est & *εὐδαιμονία* Reipubl. :
 quarum illa continuum Virtutum inter Cives exercitium ;
 hæc sustentationem eorundem quietam, aut verbo: rerum
 omnium ad ipsos pertinentem abundantiam clarissimè in-
 fert. Utraq; connubio juncta exoptato, pulchram honestatis
 & utilitatis harmoniam, faustò bonorum omnium omine,
 spectandam præbet (s). Præit in his Aristoteles, præcipuè
 à Legislatore requirens, *ut cives bonos, adeoq; civitatem bea-
 ram faciat, s. eas leges ferat, quæ ad finem optima vite qua-
 drant (t); & in ipsâ Reipubl. descriptione omnis sufficientiæ
 finem poscens (u)*. Sequuntur Bonum hinc Ducem o-
 mnes, qui, quanta in Rempubl., si utriqve suus honor tri-
 buatur, redundant commoda penitiùs, pervident (x). At-
 que hinc est, quod non sufficiat bono accuratoqve Politico
 Societatum simplicium ac compositarum, quin & ipsius
 Maximæ naturam, distinctiones, Formam, similiaqve nos-
 se, nisi præterea quæ bona Reipubl. & mala sint discernere
 sciat, & discreta illa acquirere, hæc averruncare. Quâ in
 re Boni Medici Methodum non incommodè sequitur: qui
 constitutionem quidem cujusvis, sed eò fine perscrutatur,
 ut, quæ conducibilia eidem, quæ minus sint, intelligens, i-
 sta præscribat, ab his cavere doceat.

(r) Sed an hic possit esse Juvenis, trita ex Aristot. quæstio dispi-
 cit; Becmanno tamen docente haud adeò ex mente Philoso-
 phi, ut fas erat, proposita: cum non simpliciter de Auditore,
 sed de utente jam & judicii maturitate imbuto illum quærere
 vox doceat. vid. Medit. C. I. §. II. (s) Contra eos, qui ali-
 quam utilitatem putant sectandam, quæ tamen ad honesta-
 tem non dirigatur. vid. Cl. Weis. sapius allegat. Theses de
 Bon. Polit. n. 15. (t) 7. Polit. 14. de quibus prolixius allegatis,
 vid. Judicium Bœcleri Instit. Polit. L. II. c. III. p. 138. sq. ex
 omnibus en, apparet, inquit, *finem Legislatori propositum esse de-
 bere, civitatis felicitatem.* (u) 1. Polit. 2. ubi, *Civitas, inquit, est
 societas*

*societas ex pluribus pagis, perfecta, omnis sufficientiæ finem habens, orta quidem vivendi causâ, constans autem benè vivendi gratiâ. Vide hanc in rem egregiè dissertantem Venerabilem Dn. D. Alberti in Disput. Historico Polit. Ann. LXXVI. d. XV. April. Lips. hab. de Male contentis, ubi §. 2. quid *αὐτάρκεια* præse ferat, nihil humile scil. aut imperfectum, sed, quod subjectum suum, cui tribuitur, ab omni inopiâ liberet, atq; supra injurias, foris imminentes, Domi securum constituat &c. §. 4. Rebus publ. quomodo adplicari possit, more suo i. e. nervosissimè ostendit. (x) Eò usqve hîc Aristotelem sequitur Bemann, ut brevibus Rem. publ. Societatem sibi sufficientem delineet, sed deinceps in sibi sufficientiâ universale & nusquam deficiens solamen contra solitudinem &c. demonstrat vid. Medit. Polit c. X. §. 1.*

XI.

Sed erunt igitur de iis, Reipubl. quæ bona sunt, nonnulla ulterius, quanquam pro temporis chartæque ratione paucissimis, afferenda: ut clariùs pateat, ceu in anterioribus jam locuti sumus, quâ viâ ad statum rectum propius accedamus. Et comparari hîc inter se dictamina Rectæ & corruptæ rationis solent: videnturque tum illa se in legitimâ rerum subordinatione, hæc in perversâ confusione exerere. Unde & cæca amat nuncupari corrupta, oculata dici recta ratio (y): illi, iudice Aristotele, discrepant, quæ agit & quæ agere debet; huic volupe est, quæ debet, etiam agere (z). Hînc, dum corrupta præcipuè in Status Conservatione, quibuscunqve demum ea Mediis fiat, si vel maximè etiam religio inter hæc eidem censeatur (a), primariam ponit curam: orditur à Verâ Religione & virtutum cultu Recta, ut vivant in hac vitâ Cives pacati in Conscientiâ, habeantq; futuræ Spem melioris: dein demum de commoditatibus sollicita est & necessitatibus; certa, has illam sequi promptius, magisq; ex voto fluere. Integris proin delectatur rerum æstimatoribus, qui ordinatam dilecti-

onens

onem habent, ne aut diligant, quod non est diligendum, aut non diligant, quod est diligendum, aut amplius diligant, quod minus est diligendum, aut æq̄ diligant, quod vel minus vel amplius est diligendum, aut minus vel amplius, quod æq̄ est diligendum (b). Ut alia hinc inde obvia nunc præteream monita. Haud enim capere omnia hæ angustæ paginæ possunt: (c) quæ, nisi alia nos vocarent, de naturali statu plura nunc expedienda invenirent (d).

(y) Hunc Titulum ex Piccolominæo affert Dn. D. Alberti C. J. N. p. 11. c. 2. sub §. 7. p. 60. (z) Nicom. IX, 8. ubi & rectæ rationi id assignatur, quod tribuat sibi honestissima & maximè bona. (a) vid. loca huc spectantia in Dn. D. Alberti C. J. N. P. 11. c. 1. §. 20. n. 30. (b) Ita Augustin. loquitur de Doctrin. Christ. L. 1, c. 26. (c) Ipsam subordinat. quod attinet ablego iterum ad Dn. D. Alberti C. J. N. p. 11. c. 2. §. 14. seqq. adde & cap. seqv. confer Boecler. Dissertat. Polit. de discrim. honestorum & turpium, quam maximè Studiosi Polit. commendandam Instit. p. 316. (d) dimitto hîc Lectorem iterum ad Dn. Thomas. Disp. de hoc Statu & ad P. 1. C. J. N. Dn. D. Alberti.

XII,

Satius est ad fontes ablegare, unde illa hauriri queunt. Hos inter eminent Jus Naturæ, de quò verè Cicero, quod *universum Mundum regat imperandi prohibendiq̄ sapientia.* (e) Cujus in varios tradendi modos uti inquirere à scopo nostro nunc alienum est; sic confiteri tamen licebit, eò gratius per ejus campos nos duci, quò minus à rectitudine abducimur (f). Facile verò hîc etiam in eorum descendo sententiã, qui in Jure Naturæ rectè proposito occupari jam Moralia, ab eòdem vix distingvenda, docent (g). Ceterum Ethicarum, ut vulgò docentur, minus curata constitutio non immeritò agnoscitur (h): quæ uti & ipsa Politica Præcepta, ceu in receptis libellis extant, Lexici cujusdam Ethi-

CO.

co-Politici vicem subire valent; unde virtutum & Rerum-
publ. nomina discamus discernere. Solidius itaq; exco-
lendis Moralibus, quod jamjam dictum, Jus Naturæ curati-
us subservit; imò dum Conscientiæ non exiguus in illis lo-
cus relinqueudus est, Doctrina casuum Conscientiæ, ordi-
natus evoluta, suam etiam Symbolam confert (i): Sicut
Politicis collatio plurium Rerumpubl., factorumque, qui-
bus hæc s. gavisæ s. afflictæ sunt, contemplatio, multum lucis
affundit.

(e) Vid. Præfat. C. J. N. Albertini P. 1. subinit. (f) ablego hic ad
eandem præfat. per tot. (g) Ita hodiè sentiunt Juris Nat. Do-
ctores passim. (h) desiderata vid. in Becmann. Moralib. §. 6.
& Polit. Parallel. subinit. ubi & de Doctorib. J. Nat. quibus-
dam agit (i) iterum ad Becm. Moral. §. 17. ablego.

XII.

Placet de istâ collatione Rerum publ. tanquam de altero
hic discendorū (k) fonte aliqua h. l. inspergere. Et convenit
omninò in eò cum historiâ Notitia imperiorum, quòd, sicut
illa suppeditat *omnis exempli documenta in illustri posita mo-
numento, unde tibi Tuæq; Reipubl. quod imitere, capias,
unde fædum inceptu, fædum exitu, quod vites (l); ita hæc pa-
riter solida argumenta suggerat toti de Rebus publ. Phi-
losophiæ civili: quæ non potest exactè & solidè, nisi per
observationem exemplorum in singulis, tractari (m).*
Atque eò tendit Gabriëlis Naudæi circa tertium inter
communes Studii Politici suppetias consilium, quo illud
constituitur *cognitio Regnorum & administrationis publice
statuum omnium, qui in Europâ, præsertim autem inter Chri-
stianos propriis se legibus gubernant, libertatemq; suam ab
aliorum incurfibus & violentiâ sartam tectamq;, quantum
in ipsis situm est, communibus auxiliis tuentur atq; defen-
dunt (n).* Neq; alia planè ab eòdem consiliò video esse Bœ-
cleri

C

cleri

cleri (o) asserta: Nulla re magis, inqvientis, illustrari studium Politicum, quam comparatione eorum, quæ in Rebus publ. vel summam vel sigillatim sunt similia aut dissimilia. Sicut enim, ita pergit, in singulis hominibus, comparatio vitæ per est utilis, quod Plutarchus satis & iudicavit & demonstravit, ita Respubl. non melius quam ex comparatione intelliguntur (p).

(k) Nimirum hoc mediõ ipsa Politica, ceu ex subsequenti patet, ritè constituitur & perficitur; quidni ergo inter fontes recensam? vid Boecl. Instit. p. 456. sq. (l) ex Livii Præfatione hæc deprompsit & huc applicavit illustre Jenæ quondam Decus, B. Bosius Introduct. in Notit Rerumpubl. c. 1. §. 5. (m) ita idem loquitur cit. loc. (n) vide hæc quoq; verba ex ejusd. Bibliogr. Polit. cit, B, Bos. loco adducta (p) Institut. Polit. cit. modo p. 456.

XIII.

Eqvidem laborat hæc quoque res suis difficultatibus; quas inter primõ locõ non immeritõ nuncupantur *Diversa Scriptorum Judicia*, quæ de eadem Republ. leguntur, s. proveniant ex ignorantia Politicæ interioris s. ex negligentia investigationis s. ex credulitate eorum, quæ judicantes audiverunt, aut quocunqve modo aliunde acceperunt. Hanc dein difficultatem augent plurimarum, etiam ad statum pertinentium rerum, occultationes: ubiqve fermè ob rationes varias receptæ. Nec minus Mutationes, plurium rerum perpetuæ, hinc labores & cautelas urgent. Unde fit, ut magni viri parùm consultum credant, publicari descriptiones Rerumpubl. ne homines, talibus rerum vicibus & formis judicandis impares, dum ad unum omnia tempus exigunt, erroribus implicentur &c. (q). Quamquam his difficultatibus nonnullorum Methodus videatur sat commodè subvenire; dum Autores, dum tempora docet eadem distingvere (r).

(q) Pla-

(g) Placuit hæc ex Boecl. Institut. p. 457. recensere: ubi & plures harum difficultatum rationes videri possunt: & meretur imprimis sub finem notari eorum error, qui descriptiones statuum & Imperiorum ex descriptâ semel formula & libris iisdem semper repeti debere statuunt. (r). Ita placet nobis quàm maximè Becmanni Methodus, & Autores primum & diversa quoque Rerumpubl. fata examinantis in Histor. Orbis-Civil. ne alios nominemus. Atque facit ad hoc negotium adnotatio eorum, quæ de quavis Republ. scienda adeoque dein inter se conferenda sunt: Ut sunt *situs; forma, persona imperans, Exercitia Regalium, Vires, decreta &c.* vid. hunc modum scriptoribus accuratioribus passim observatum.

XIV.

Faciunt ad Autorum distinctionem Bibliographiæ Politicæ, & consilia ordinandi ex iis Politicam quoque Bibliothecam. In illis exhibentur, in his scopo suo destinantur scripta, quibus uti Politices Studiosum decet. *Agmen ducunt Scriptores SYSTEMATICI b.e. qui scientiam Politicam iusto ordine & methodo digesserunt, idque alii breviter & compendiose, alii tractatione aliquando diffusiori (s).* Et solent hi Dogmaticorum quoque nomine (s) venire. Inter quos Becmannus Noster in fronte collocat priscos, *Platonem & Aristotelem: quorum hic doctrinam suam à LXVI. Rerumpubl. institutis ac moribus petitis confirmavit, haud dubie ratus Politicam exemplis non posse destitui (u).* Ceterum *Compendia ex antiquitate vix ulla superesse B. Bosius annotavit; nisi quis ita vocare velit Plutarchi Præcepta gerenda Reipubl. & Isocratis ad Demonicum & Nicoclem libellos: qui tamen totam doctrinam Politicam non pervadant &c.* Hoc autem & superiori seculò magnò conatu & certamine *Compendia Politica scribi cœpta, usque orbem ad nauseam usque impletum esse: adeò ut delectu beic valde opus sit.* Interim commendat post aliquot minora *Compendia, Politica Arnisæi, Sy-*

Rema KEKKERMANNI; LIPSII politicorum libros, opus u-
 tinam (hoc ejus judicium,) tam completum & omnibus Re-
 rum publ. formis accommodatum, quam est accuratum & plane
 e genuinis fontibus erutum &c. (x). Addendi his HISTO-
 RICI LIBRI, quos, quem iterum, allegare lubet, Becman-
 nus in Veteres dispelcit & recentiores, & qui Selectiores
 sint paucis monet. Tandem concludit tamen, recen-
 tiores meritò antiquioribus anteferri, quia res tem-
 pori nostro propiores, eòq; notiores & usui aptiores tradunt,
 non autem quod revera aliquid novi inculcent; cum semper ea-
 dem ludatur fabula, mutatis saltim personis (y). Sequuntur
 hos, libri Actorum publicorum varii temporis lociqvè; e-
 picrises itē personarum, generum, gestorum; controversiæ
 quoq; Juris Publ. (z) Consiliorum commentarii; & quis in
 compendiò hōc omnes eloqvatur. Id non omittendum:
 quod hæc scripta omnia & ratione contentorum & ratione
 usūs, cui adplicari possint, nota esse debeant: quem in
 finem etiam Politices Studioso meritò commendantur
 Collectanea (a).

(s) Ita loquitur B. Bosius dissertat. de Compar. Prudent. Civili
 n. X. p. 3. (t) ita Bœclerus quoque vocat, qui Isagogicos tamen
 libros his præmittit vid. Institut. Polit. p. 299. (u) Meditat. Po-
 lit. c. I. §. 5. (x) vid. hīc iterum Bos. c. I. §. XI, XII. (y) c. I. 10,
 sub fin. (z) Sed hīc cautela singularis requiritur; cum varii
 variè de Statu publ. scribant & sentiant. quæ scienda quidem
 omnia, sed non omnia statim, nisi & per publ. possint defen-
 di statuta, adprobanda sunt. (a) Circa hæc monita maximè,
 conducibilia jamjam suggestit Cl. Weisus in adpendice Sche-
 diasm. de Novellis subnexâ.

XV.

Sed nondum prodire licet; quandoquidem vel men-
 tio saltim Geographicorum, Genealogicorum, Chronolo-
 gicorumq;

gicorumque Studiorum facienda est. In Geographicis memoria princeps labor est; & hæc juvatur per Tabularum, aut si malis, mapparum adminiculum, in quibus flumina, urbes, Provinciæ, Sylvæ, montes similiaque satis distinctè notantur. Neque denegat suum auxilium Index Geographicus, unde labilis sæpè & fallax memoria confirmari potest (b). In Genealogicis, industrium hæctenus vidimus Magnum Spenerum, cujus Genealogias denuò excusas novimus. Præter eum maximè laudatur Rittershusius; cujus, qui sunt, defectus facilè suppleri possent, ubi quivis de suâ patriâ quæ haberet certa conferret. Interim non est contemnendum de Novellis Consilium, quod, hæc si qua referant, possint in chartâ conscribi tumultuariè, donec dein confirmantur semel relata, & confidentius absq; formidine falsitatis cujusdã Tabulis aut libellis, quibus utimur, adscribantur (c). De Chronologicis id monere fas sit, posse citra singularem difficultatem & in iis memoriæ consuli, si secula sensim descripta, sensim notabilibus augeantur, sicque series temporum non absque rebus (fictitia enim illa & absurda nomina haud videntur probari posse) ritè ordinentur (d). Quàm historiæ, quàm judicio Politico talia subserviant, quemque, modò his detentaminibus operam, ipsa experientia edocebit.

(b) Conferantur plura hanc in rem de Ulu Novellar. in Geograph. in Schediasm. Curioso de illarum Lectione annotata p. 4. (c) Videatur idem Schediasm. p. 9. & imprimis 15. adde Bosii Introduction. de Autoribus Geograph. p. 56. seqq. item de Itinerar. p. 59. (d) meretur in hæc dicta legi Bodin. Meth. Histor. c. 2. & 3.

XVI.

Vocat Novus fons Politicæ Eruditionis, cujus scaturigo allatis in antecedentibus nonnihil debet: Isque est

C 3

Statistica

Statistica s. de Ratione Statūs doctrina; quæ modos proponit idoneos ad introducendam conservandamq; quamvis Reipubl. formam. Novum hoc nomen esse primoq; ab Italis adhibitum & Rerumpubl. arcanis applicatum, recepta Politicorum opinio est, quamvis aliqui ejus incunabula in Taciti nonnullis locis quærant (e). Ceterū ut ut hoc habeat, res perantiqva satis est. Quædā autem Statūs Ratio corrupta dicitur, quæ cognoscenda, ut si quid inde pendens immineat Reipubl. dilcat amoliri Studiosus Noster. Verè interim Rectam excolat necesse est. Fundamentum hujus scientiæ totum in arcanis, quibus quælibet domus (f), nedum tota Respublica, gaudet, positum est. Dixeris ea secretas rationes, securitatem præsentis statūs, & profligationem mutationis minus commodæ intendentes (g). Scripsit harum ideam Cl. Weisus suisq; axiomatibus, Regulis & plerunqve exemplis omnia, quæ adduxit, dogmata exposuit ac corroboravit; quò ablegamus (h): uti & ad consilium, quod circa specimen Regularum quarundam & Observationum de Juribus Majestatis & eorum explicatione ac adplicatione monuit Bœclerus, pari cum facilitate, ut puto, ad Statistica hæc accommodandum (i).

(e) vide ea adducta à Becm. Meditat Polit. c. 3. §. 3. adde Parallel. §. 2. ejusd. cap. (f) Status enim ut in genere consistentiam & stabilimentum rerum denotat, ita quin omnes ac singulos æq; comprehendat, nullum est dubium. Sic ex Status sui Ratione Abraham & Isaacus Patriarchæ formosas uxores suas sorores vocarunt &c. vid. Becm. Meditat. c. c. §. 4. (g) iterum Becmannus hic producendus, qui exempla offert c. 1. §. 5. (h) adnexa ea est de MENESES summæ Politicæ Ann. LXXVI. c. ditæ & parte Generali per capita VII. speciali per V. absolvi- tur. (i) extat hoc Institutionum Politicar. p. 383. adjectā Disput. XII.

Vix licet per angustiam temporis plura meditari. Circa duo ergo, antequam à maximè necessariis secedam, distinere mentem libet. Eloquentiam videlicet & Logices notitiam: quas non solum ornamenta, sed & necessaria maximè (quamvis cum aliis, uti etiam nonnulla ex præcedentibus, communia) Studiosi Politices requisita facere integrum erit. Ac de Eloquentiæ quidem summâ necessitate vanus essem, si multa congererem. Sufficiet attulisse ex Bœclero (k) illud, quod, *ex quò eloquentia cœpit florere, Studia Politices, sicut apud Græcos, ita post apud Latinos, cum eloquentiâ indivulso Studii nexu copulata sint.* De modo eam à Politico acqvirendi attinet potius aliqua dicere. Veneramur vero hic sedulitatem Bosii in eò enucleando adhibitam, qui ab historicis commodissimè hauriri hoc artificium omne posse, sibi persuasum habuit; quod *bi inter pbaleras Rhetorum & Philosophorum simplicitatem, velut mediam insistant viam, atq; ex eloquentiâ Oratoria, nihil amplius, quàm modum retineant. Neq; enim (his pergit) ullum aliud genus laudari potest, quod in affectatâ simpliciq; venustate, nervosâ brevitate, perspicuitate ac dignitate magis antecellat, eiq; civilis actûs notitiâ ac consuetudine fiducia potius quàm artem ostendat (l).* Judicare de hinc incipit de Autoribus qui consuli & ut consuli debeant, docetq; ut verba observari, ut res excerpti, ut scriptio benè suscipi conficiq; possit. Dignissima sunt, ceu reliqua ejus omnia, quæ evolvantur. Præterea nemini ignota est industria, quam in his conatibus posuit Eruditoque Orbi aperuit Cl. Weisius, cujus è disciplinâ ante duos cum dimidiò, & quod excurrit, annos, nunquam sine gratiis memoranda, abii. Utinam verò promissus Nucleus (m) propediem lucem videat; ita oratoriæ
 mecum

mecum Favitores optant omnes! Alios omitto (n), dum Logica aurem vellicat: quæ quoniam inveniendi rationes ac disponendi, quoniam eruditè differendi artificium, monstrat (o), tam necessaria Studio nostro, quam bonus Manuductor à viâ rectâ non discessuro.

(k) Institut, Polit. p. 312. (l) ita loquitur Dissertat. de Comparandâ Eloquentiâ Civili §. 8. & 10, p. 65. (m) ita vocare libet uberiorem & absolutam Oratoriæ Tractationem viginti annorum Studiò collectam & crebris confirmatam experimentis, quam Maturiorum Cogitationum p. 539. promissit vid. Acta Excellentissimor. LIPSIENSIIUM sub Ann. LXXXII. p. 363. (n) aliàs nominari Dnus Morhofius posset, in cujus Tractat. de Germanor. Lingvâ & Poësi nonnulla Oratoriæ curiosioris vestigia passim extant. vid. ceterum & hujus Tractat. encomium in allegatis Actis p. 271. ne ad Collegium Mss. provocem, ex quo aliqua de Particul. in Oratore Polit. excerpta legere licet: utinam & reliqua perinde publicis sacrata essent usibus! (o) Provoco rursus ad Weisianam Industriam in Logicis ejus adhibitam, in primis Part. II. Nihil verò ad Politices Studiosum Controversiæ de Universalib. de prædicamentor. figurarum numero spectant &c. quibus si omninò careremus, melius nobiscum ageretur.

XVIII.

Satis dictum pro Compendiosioris Ideæ ratione de maximè necessariis (p). Si qua tamen tacta minus sunt, uti factum esse per remoras varias, non diffitemur; compensabunt defectus nostros Autores, quorum nomina & loca passim citata dedimus. Ad DECUS & Ornamentum in studiis pedem provehimus; Ubi generale velut axioma hoc præmittimus: si genium seculi (q) sequi Studiosus Politices velit, ex omnibus eum scire aliquid, tantumque, ut de quâvis materiâ differere queat, oportere (r). Sic ergò, si nonnullos Terminos, quibus subinde solemus uti, ex Metaphysicâ

taphysicâ

metaphysicâ (s) hauriat; si ex Physicâ curiosorum petat
 Phœnomenorum quandam resolutionem (t); si ex eâdem
 hominis, brutorum, Plantarum (u), Metallorum (x) &c.
 sic satis discussam notitiam quærat; si Arithmeticæ, Astro-
 nomix, Architecturæ similiumque scientiam ex Mathe-
 maticis acquirat; si artem Poeticam (y), Pictoriam, ta-
 liaq; ornamenta alia intelligat aliquantum, poterit omni-
 no faventissimum Patronorum Amorem sibi polliceri.
 Nec disparia de exercitiis (z), quæ vocant, habeo affirma-
 re. Verbo: ad quamcunq; rem nonnihil perdiscendam
 ipsi, modò non negligat Studium Primarium, patet aditus,
 eam, si fieri ullâ ratione potest, ut sibi notam reddat, sva-
 dendum est.

(p) De Theologiâ, quâ huc pertineat, in pietatis Doctrinâ necessita-
 tem brevibus præsupposuimus. De Jurisprudentiâ alii præscri-
 psere Methodum, quam hâc in cathedrâ omitto. De Jure Genti-
 um, Juris Facialis Auctores &c. consulantur (q) quanquã Seculo
 se assimilare non est conveniens, juxta dictum Apostoli, in iis
 tamen, quæ Conscientiam pietatemque non lædunt, dare ali-
 quid favori acquirendo, non videtur esse eò ipso prohibitum.
 (r) hâc tamen id monendum cum limitatione, ut ad Praxin
 semper & usum oculus dirigatur. (s) at remotis omninò subti-
 litatibus; quibus impeditur potius quam promovetur ejus
 Studium (t). Satius enim est ad Naturam ipsam, quam Inter-
 pretum Naturæ litigia attendere (u) harum notitiam ab hor-
 tulanis, usum ab Botanices Doctores, quos omnis Universitas
 agnoscit, discere potest (x). Ea discuntur ex Metallorum fos-
 soribus, iisque, qui in istis finibus à pueris vivere. (y) hujus a-
 mœnitatem Viris etiam Magnis adamatam exemplum Gene-
 rosissimi de Hoffmannswaldau docere valet (z) Sed in his
 ita distribuendum tempus, ne, defatigato ante horas Studiis
 debitas corpore, illa ipsa omittantur. Quas limitationes
 vel tribus ex Excellentissimorum Virorum Consiliis hâc re-
 ferimus,

XIX.

Festino ad alia; nam & Typographus propiora indicat Terminalia; & imminet dies disquisitioni publicæ destinatus. Incido autem, ubi, quid scribendum porrò sit, meditor, in Excell. Thomaf. Tabulam de Politices Constitutione; quæ de perfecto Politices Doctrinæ habitu inter alia quærit. Annotationes si conferamus, distinguunt hæc inter perfectionem graduum & partium: quorum illa ascensum ad culmen Politicum; hæc impetratum hocce respicit, & quibus gaudeat partibus videt. Verbo; sollicitos ipsa distinctio esse jubet de partibus, ex quibus constat Politica Scientia, atque tum prudentiam ut evolvamus trinam illam; Consultatoriam, Legislariam, Judicatoriam, discupit: jubet etiam ponderare gradus, quibus ad Scientiam ascendatur; sicque præter doctrinam, de quâ actum hæctenus, experientiam postulat & usum. Prolixum hæc omnia differendi campum aperiunt quidem; at nos eum, in compendio de dicendis acturi, brevissimo stadiò decurremus. De prudentiâ enim jam aliqua dicta sunt (a): Experientiam ergo & usum saltim vel tribus lineis Illustrare ipsa præsentis materiæ ratio imperat.

(a) Licet non ad omnia, quæ dicenda erant descenderim. vid. itaque huc spectantia in Tab. Thom. Tab. XXIX. n. V. habuitque speciales de LLatoriâ Ann. LXXI. ipsis Cal. VII. de Consultatoriâ eod. ann. 3. Octobr. Dispp. Cl. Weisius; ut alios Auctores taceam.

XX.

Video autem distingvi experientiam in propriam & alienam (b): atque illam quidem in usu poni & peregrinatione; hanc in Relatione aliorum: eò, præter alia, quoque cum discrimine, quod illa non habeat locum, nisi in hodiernis Imperiis; hæc omnis ævi Imperiis, si non perfecte,

fectè,

fectè, saltem aliquatenus, cognoscendis sit apta. Ceterum, peregrinationem integrò Tractatu superioris seculi Anno XCIII, persecutus est (c) Theodor. ZWINGERUS, relato in certas Tabulas omni illò, quod à prudenti peregrinatore observandum esse videbatur. Scilicet, uti & Bosius loquitur (d), peregrinatio si proficua haberi ac utilis debet, suscipienda ante non est, *quam peregrinaturus & necessarià scientià & moribus insuper ac erudità veritate instructus fuerit, neque ignorarit, quid ubiq; cognitum, quid emulatu decorum, quos in usus, quam per partem valeat* (e). Atq; idem de Usu asserendum; quod adhuc, nisi benè præparatò pectore, infeliciter accedatur (f). Sic propria experientia undiq; non infirmum expetit fundamentum. Aliena ad Historias spectat; quarum jam inter libros mentio injecta est. Includit tamen etiam Conversationem; ad quam præter colloquia & narrationes, epistolas (g) quoq; prudentum referre liceat. In quibus singulis meritò hæc Regula observatur: *Tantum cuiusq; Relationi habendum esse fidei, quantum civilium rerum peritià, candore, industrià & iudiciò valere deprehenditur* (g).

(b) Hæc distinctio etiam de iis adhiberi solet, qui docentes Politicam, experientiam quamquam non habent propriam, habere tamen alienã dicuntur, atq; ita loqui Dn. D. Albertum Lipsiens. in Discurs. Polit. ex Dno. Præs. didici (c) sub Titulo Methodi Apodemicæ Tractatus ille Argentinæ lucem vidit & libris tribus absolvitur: Continetq; Præcepta quorum libet peregrinantium, Pauperum, divitum, Principum Regum &c. (d) Introductione in Notit. Rerum publ. c. IV. §. 2. (e) conferenda hanc in rem omninò Boecleri Dissertat. de peregrinat. Germanici §. 10. seqq. Vnde hæc adduxisse satis erit *Sicut res exiguas visu non discreveris, nisi adhibitò microscopiò aliquò, figura, color omnisq; species ex illa subtilitatis caligine in plenam conspectus humani lucem educatur. Ita subtilissimum Reipubl. contextum &c.*

qui citra facem Politici intellectus introspecti posse autumat, is eadem operâ sine pennis volare instituat, opinor. (f) quæstio aliàs inter Politicos quoque est, quâ ætate quis ad officium accedere possit? sicut verò in hâc respondetur: Nullam certam ætatem, hõc in genere definiri posse, modò adsit sincera rerum divinarum cognitio, donum docendi &c. vid. B. Balduin. Commentar. in Epist. Paulin p. 1335. allegat. in Disput. Anno LXX. sub Dn. Rechenb. Lipsiæ habita de ætate honoribus & officiis idoneâ: pariter in hoc negotiò dici posset, si adsit benè præparatum pectus, etiam juvenem accedere ad usum valere &c. (g) hanc suggerit introduct. in Rempubl. c. IV. §. 3.

XXI.

Quid mirum fieri tandem per hæc ab ipsò postulata **Studiosum Politices** in agendis non temerè exqeditum; in proponendis providè cautum; in dijudicandis ac consulandis promptū nec præcipitantem tamen; imo in quibusvis talem, qualem Reipubl. felicitas & *αὐτάρκεια*, qualem Pietas & Conscientia requirunt? Multa his paucis complector; nam ut complectar destinata atq; etiam impletæ ferè paginae volunt. Sed addam tamen cuilibet nominatorum aliqua verba. Politica activa tota est, nec contineri intra speculationum cancellos potest. Fas ergo est, ut ad actiones se præparet noster sine morâ, si ita res injungat, benè inchoandas perficiendas; ne punctualis ingenii naturam induens, ei, quod cum actione conjunctum est, (credo autem omne conjunctum esse) officio præfici cum laude nequeat (*b*). Ita oralis quoque est Politica; non silens, ubi loqvendi Tempus est; at nec loqvens, ubi silentium aræana (*y*) dictitant. Quando loqvitur, omnia ex honore & dignitate ejus proferre meditatur, quæ eloqvenda sunt (*k*): nec licentiam admittens nimiam, nec nimium angustos limites (*l*). Et quî carere judiciò posset; quæ maximam partem Judiciis absolvitur? Ut à Studioso ritè absoluta credatur,

tur,

tur, iudicia de Juribus non tantum sed & factis Principum; de coeptis item & eventibus; quinimò de erroribus quoque &c. (m) formare discit; unde & ad consultationes ipsi materia suggeritur (n). Proh! quanta in his brevibus conamina, quanti labores latent!

(h) Hinc pudendum omnino fuit, quod Biragus Galliae Cancellarius, cum in regni Comitibus ipsi Orat. habenda esset, aetatem & rerum Gallicarum ignorantiam causatus initio se excusavit, ut est ap. Thuan. l. 63. (i) haec enim talia sunt, quae, scire alii non debent, quibus fundamentis nitantur &c. vid. Beem. Polit. Med. c. 3. §. 12. (k) conf. hanc in rem Forstner. Hypomn. XXI. (l) de Eruditorum licentia loquendi aliam integram habuit Disp. Ann. 69. Dn. Rechenberg. quae suggeret omnino aliqua ad rem praesentem haud difficulter applicanda (m) videndus hic Cl. Weisius, Schediasmate de Novellarum Lectione c. 3 per tot. (n) praere hic videntur Disquisit. Polit. Boxhorn. quas imitari adeo difficile non est.

XXII.

Possent patere clarius nisi claudendi nunc rivi essent. Sat enim hac vice prata nostra bibisse, autumandum; praecipue cum certum sit, omnia unius disputationis complexu pertractari non posse. Summatim igitur dicendo tandem quae sit Idea Studiosi Politices, imitari illa, sed mutata plane juxta scopum Nostrum, placet, quae in Idea Generosi VIRI sub finem ex Seneca affert laudatus usque huc plus vice simplici DN. RECHENBERGIUS (p). *Si nobis (ita loqui animus est) animum STUDIOSI POLITICES liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam piam & ex discendi ac plura percipiendi cupiditate fulgentem & majora aspirantem viderimus! Hinc Studiis, illinc exteris videndi ardore, alibi Magnos adeundi Viros & ab eorum ore pendendi cupidine lucentibus. Praeter haec frugalitas, continentia, tolerantia splendorem suum affunderent. Tum providentia, tum eloquentia, & ex*

D 3

omnibus

omnibus eminentissima iudicandi facultas probè exculta, quantum
eum (bone DEUS!) decoris illi, quantum ponderis gravitatisq;
adderent &c. Si quis viderit hanc faciem, ut inter plures vi-
deat piò corde precabitur. Atque in his ipsis precibus sub-
sistimus: benevolum Lectorem insuper rogantes ut quæ
minus cultè proposita, quæ planè omissa sunt, tenuitati
meæ adscribat; quam adeò rigorosè in his corrigere Dn.
PRÆSES, ut specimen darem, nec voluit; nec per cumu-
lata, velut sub initium indicatum est, potuit.

Sit interim

D. N. L. & G.

(o) Nam omisisse nos ea, quæ ad vitam in Academiis probè trans-
igendam faciant, exempla porrò extraord. de quibus
Becm. p. 4. taliaque plura non diffitemur: sed partim
isthæc ad peritiores spectare videbantur, partim si minutissi-
ma attingere libuisset, in immensum excrevisset dissertatio. Ve-
niam tamen impetrabimus mediam ingressi viam. (p) c. IV.
§. 8 & finali.

His studiis his nomen amet sibi grande POLITI
Quærere, qui titulum sit meriturus, ais:
Esto PIUS, noscatq;ve BONUM, quò publica facta
Res perftet, cautum se facilemq; probet,
Hæc Tu dum brevibus, dulcissime Fautor, adumbras,
Eveniant, studiis cuncta POLITA, precor!

Præses, Academ. h. t. Rector.

Sic legibus obseqveris Studioforum,
Dum Politices nobis exhibes Studiosum.
Sic Rectore Magnifico demum Te ad veram normam, Tus
studia direxisse ostendis,
O! bonum captum, quod sub Excellentissimo
quæras excellere!
O! præclarum conamen, quod famam parare coneris

Dum

Dum Ejus, quem fama jam undique celebrat. exoptas praesidium,
Quis nunc non videt, Te Studiosorum esse
qualitatibus instructum?

Tu Ingenii facultatem ostendis, quam adjuvit vita,
Tu vitae ostendis integritatem, quae facultate Ingenii est
magis adjuta.

Quid ominari ex eo licet?
scilicet,

Fies inter Politicos Politicus non simulatus;
Fies beatus, nam beatissimi Praesidio uteris.
Quod DEus confirmet omen!

Politissimo Dn. Resp. quondam $\sigma\sigma\sigma\iota\lambda\sigma$ SVAVISSIMO
p. p. l. m. v.

J. S. D. & D. P. P.

MADRIGAL.

DU schönste Schaar/
Sol dich der Fleiß mit Ruhm bekröhnen?
Hie muß der Glanz bezirkeln dich im Musen-
Chor;

Stell dich nur munter dar/
Reiß ab den schwarz-verhassten Flor/
Der deine Tugend sonst verhüllet und vergräbt;
Wann der Gelehrte spricht/
Ist Pallas selbst/ die ihm die Blumen bricht.
HEXAM BODES Ehre lebt:
Der freye Tugend-Sinn
Schwebt zu den Sternen hin.
Dies kanstu auch erwerben:
Was hilft es ungerühmet sterben?

JOH. Festing/
Jur. Doct. und Profess.

So

So stellt Er/werther Freund/des steten Fleißes Proben
Der theuren Rosen-Stadt und Vaterlande vor/
Wir müssen ingesamdt die schönen Früchte loben/
Weil deren grosser Nutz Ihn zuehmlich hebt empor.

Er zeigt wie man soll ein recht Politisch Leben

Das ohne Tadel ist/vollführen mit der Zeit/

Und wie wir ebenfals auch können darnach streben/

Giebt Er bald hier bald darhierzu Gelegenheit.

In **ZITAU** ist der Grund zu dieser Kunst geleyet/

In **MEEDORF** hat Er mehr hernach darauff gebaut:

Hier wird der schöne Bau durch keinen Stoß beweget!

Nachdem der Rosen-Stock/schon gute Spizen schaut.

Er fahre ferner fort / und weise sich in allen/

Wie Er bisher gethan/ als ein Politicus:

So wird sein schöner Ruhm noch ferner weit erschallen/

Wir rühmen allerseits den reolvirten Schluss.

Mit diesen Wenigen wolten dem Hn. Respondenten

Ihre Affectiön contentiren.

dessen sämptliche Commensales.

DOMINUS JOANNES HEINRICUS GOETTELIIUS,

per Anagramma.

EN, EN ME! SIC INVIGILAT STUDIOsus HONORE.

Enucleatio.

DEbeat, EN quicquid STUDIOsus scire politus:

Materiam, de qua disputo, conspiciat.

EN, perlustrantes, ME plurima velle, videbunt;

Omne etenim fugio quod sceleratus agit.

Sic etiam hic excluditur impius Atheus à me:

Laudatur contra vir pietatis amans:

Cui curæ cordiq; suo est Respublica Sancta

Et qui semper ei commoda justa parat

Qui SIC INVIGILAT grandi est condignus HONORE

Clementemq; suum sentit habere Deum

Patria profectus tales moresq; politos

Miratur; quivis præmia digna vovet;

Gottlob Volk/Zittav. Lus.

Coll. diss. A. 112, misc. 69